

der Bürgermeister und Rath der Stadt Speyer über den Empfang von 34 Goldgülden, welche durch den Reichstagsabschied zu Speyer dem B. Johann als Beitrag zu den Kosten zehrerung schicken vorordneter bottschaft zue Rom. keys. majt. inn Hispanien antheilig auferlegt waren; am 2. Apr. 1527 der Rath zu Nürnberg über 72 Gülden Münze, welche B. Johann gezahlt für die 2. Frist der zwei Viertheile von den 20000 Mann zu Fuss, welche zuerst zu dem Römerzuge des Kaisers, auf dem letzten Reichstage zu Speyer aber zu einer eilenden Türkenhilfe verordnet worden; am 7. Oct. 1527 Greger Bomerer Rom. keys. Mat. im heil. reich regiments pfemigmeister vnd verordneter einnehmer über 62 Gülden Goldeswährung, welche B. Johann durch Dietrich von Tschwitz Dr. und Kammergerichts-Beisitzer entrichtet und ihm zue der sechsthallviertel jährigem vnderhaltung regiments vmd cammergerichts vor beide ziel der vorschinen Franckfurter fastem vmd herbstmesse zu bezalem geburth hatt.

No. 1386. 88. 89 in den Orig., No. 1387 in einer alten Copie im K. Haupt-Staatsarchiv.

No. 1390. 1528. 28. Juni.

Nachträgliche Bestimmungen zu den Statuten No. 1309 hinsichtlich des Gnadenjahres und der Curien.

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo die vero vigesima octava mensis Junii quae fuit vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli indictum est capitulum generale in ecclesia Misnensi et vocatis rite et legitime dominis canonicis absentibus comparuerunt eadem die in loco capitulari reverendi spectabiles et venerabiles viri domini Joannes a Malticz decanus, Caspar de Salhausen senior et scholasticus, Henricus de Starstedel archidiaconus Nisicensis, Henricus Monch, Georgius de Reinspergk cantor, Bemo de Heinitz custos, Paulus Schwoffheym doctor praepositus Haynensis et Heynricus de Bunaw praepositus Budisnensis omnes canonici integrati et emancipati et capitulum in praefata ecclesia repraesentantes, ubi inter cetera ecclesiae negotia de et super nonnullis dubitationibus et dissensionibus circa statuta ratione anni gratiae defunctis canonicis per praedecessores factis et concessis et nunc saepenumero exortis tractatus habuerunt, et ne successu temporis sicuti antea contigit aliqua eiusmodi rei causa oriatur altercatio et omne removeatur dubium, eidem domini capitulariter congregati unanimiter statuerunt et concluderunt, quod statutum infrascripti tenoris circa annum gratiae cum declarationibus infra annexis in perpetuum inviolabiliter et firmiter ab omnibus huius ecclesiae canonicis et eorum testamentariis servari et in nullo oppugnari debet.

Statutum ecclesiae Misnensis super anno gratiae est talis. Canonicus qui per mortem alienius praebendam et canonicatum in ecclesia Misnensi assequutus fuerit, ad integrum annum post sui assumptionem careat censibus eiusdem praebendae. Ratio est, quia dimidii census anni defuncto, alii dimidii census fabricae cedunt. Si vero aliquis ex permutatione resignatione aut etiam per munus consecrationis praebendam et canonicatum nostrae ecclesiae obtinuerit, solum dimidiis censibus unius anni careat. Ratio est: Nam fabrica proximo termino post factam resignationem permutationem sive consecrationem census huiusmodi praebendae percipit, resignanti vero et consecrato sicque permutanti seu ex permutatione praebendam relinquenti nulli census dantur post resignationem permutationem et consecrationem. Hoc statutum ita intelligi et servari debet, si defunctus canonicus tactum duodecimae horae dici sancti Michaelis sive Walpurgis secundum horologium post mediam noctis non supervixerit; si autem praefatam horam duodecimam post mediam noctis per praememoratos dominos de capitulo specificatam et declaratam aliquarum istarum dierum Michaelis sive Walpurgis superstes fuerit sive saltem primum tactum duodecimae attigerit, ex tunc talis canonicus defunctus omnes census et fructus una cum oblegiis ut vocant in vulgari Hunner, Eyer, etiamsi in pecuniam sint mutata, ad ipsum ratione suae praebendae quam habuit pertinentes pro istis duobus terminis adiunctis intermediis ut puta a